

BREVE DE LA SANTIDAD DE GREGORIO XV. DE IX. DE MAYO DE M.DC.XXIII.

SOBRE

La omnimoda, y ordinaria jurisdicion del Capellan Mayor de la Real Capilla de su Magestad, y por su Real decreto se mandò à su Fiscal lo llevasse à su devida execucion ante el Nuncio de la Santidad de Inocencio X. como à exetutor de dicho Breue, y su Señoria Ilustrisima lo mandò guardar en la forma que en èl se declara, y contiene.

Esta confirmado este Breue por la Sant.d de Inocencio XI. en el año de 1680

✠

NOS DON JVLIO ROSPILLOSI,

por la gracia de Dios, y de la Santa Sede Apostolica, Arçobispo de Tarso, y de nuestro Santissimo Padre, y señor Innocencio, por la Divina Providencia Papa Dezimo, Nuncio, y Colector General Apostolico en estos Reynos de España, con facultad de Legado à Latere, &c. Al Dean, y Cabildo de la Santa Iglesia de Toledo Sede vacante, y al Vicario, ò su Lugarteniente de esta Villa de Madrid, y à los Ordinarios de estos Reynos, y Señorios de España; y demàs personas à quien lo infrascripto toca, ò tocar puede en qualquiera manera; salud en Nuestro Señor Iesu Christo: Sepan que ante Nos se presentò el Breve, y Peticion siguiente.

GREGORIVS PP. XV. Charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico; salutem, & Apostolicam benedictionem: Pijs Catholicorum Regum votis, per quæ divinus cultus augeri, & Ministrorum Ecclesiasticorum, præsertim Capellarum Regiarum servitio ad scriptorum, status ad Dei gloriam tranquillè, & rectè dirigi, & gubernari valeat, libenter annuimus, ac privilegijs, & indultis communimus, & aliàs disponimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Itaque vestigijs Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum inhærentes, ac supplicationibus Maiestatis tuæ nomine, nobis humiliter porrectis inclinati, eidem Maiestati tuæ, vt Archiepiscopus Compostellanus pro tempore existens, cui, sicut ex insinuatione eiusdem Maiestatis tuæ nomine nobis nuper facta accepimus, cura Regiæ familiæ, consanguineorum, affinium

 tuo-

tuorum, ac omnium personarum in curia tua pro negotijs confluentium, & commorantium, ipsanque curiam sequentium, tanquam Capellæ tuæ Capellano Maiori ex indulto Apostoco, aut antiqua, & immemorabili consuetudine incumbit, in quibusvis ciuitatibus, oppidis, & locis, in quibus dictam Maiestatem tuam, tuamque Regiam curiam pro tempore residere contigerit continuè, vel ad tempus, curam animarum familiæ tuæ, omniumque, & singularum personarum, tàm ex tuis Regnis, & dominijs originem trahentium, quàm extraneorum curialium, ac dictam curiam sequentium, cuiuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis, ac præeminenciæ existentium, tàm Ecclesiasticorum, quàm Sæcularium (Archiepiscopis, & Episcopis exceptis) exercere, earumque Rector nuncupati easque corrigere, & visitare, ac in easdem omnimodam iurisdictionem Ordinariam, omniaque, & singula alia, quæ Archiepiscopi, & Episcopi, ac alij locorum Ordinarij in Diœcesibus suis de iure, vel consuetudine, aut aliàs quomodolibet facere, & exercere consueuerunt, ac per se, vel alios Ministros suam iurisdictionem Ordinariam exercere, ac Ministros, & Officiales necessarios ad exercendam Apostolica auctoritate huiusmodi omnimodam iurisdictionem, tàm Curiæ Palatij, quàm vti iudex Capellæ huiusmodi, & aliorum prædictorum, qui ab eo, & eius mandato nominati exerceant eorum officia, & iurisdictionem suam, tàm in causis familiarum, Capellanorum, seruientium Oratorijs Capellæ, Cantorum, & Ministrorum, etiam laicorum eiusdem Capellæ, quàm aliarum personarum, quarumcumque nationum tibi servientium, ac personarum Regalium, & Regiæ prolis, in illos tantum, qui verè sunt Curiales, necnon Capellanorum in ruralibus domibus, seu Palatijs tuis existentium nominare, necnon per se, aut Ministros suos, Confessores Regulares de licentia suorum Superiorum, aut Sæculares pro Cura animarum dicti Palatij, & Curiæ, etiam nominare, & Capellanos, & Clericos servientes tibi, & domui Regali in dicta Capella, & Oratorio ad celebrandum Missas, & confessiones audiendas, ac verbum Die prædicandum examinare, seu examinari facere, & eis id faciendi licentiam, & facultatem dare, ac etiam Prædicatores Regulares, aut Sæculares in dicta curia, vel extra eam, ad predicandum verbum Dei in Capella Regia, & domo, vbi tu, & curia tua erit itaut nullus Ordinarius loci, in quo dicta curia, seu tu, aut domus tua erit, sivè

sivè eundo, sivè stando, sivè etiam recreationis causa, prædicationem Verbi Dei impedire posit, convocare. Insuper Capellanos, Cantores, & Scholares in dicta Capella pro tempore existentes, propter iniectionem manum violentarum inter se ipsos, ac etiam in Clericos de dicta Capella non existentes, citra tamen membrorum mutilationem, aut enormem læsionem, excommunionis sententiam incurrentes, ab eadem sententia, satisfactione prævia, & iniunctis iniungendis absolvere, ac cum ipsis super irregularitate si quam huiusmodi sententijs ligati, Missas, & alia divina officia, non tamen in contemptum clavium, celebrando, aut illis se immiscendo, contraxerint, dispensare, omnemque inhabilitaris, & infamiæ, maculam, sivè notam, per eos propterea contractam abolere, & Infantes, & Turcas, & Sarracenos, qui in præsentia tua ex quavis causa pro tempore Baptizabuntur, Baptizare. Ac tibi, & tuis filij, reliquisque in domo tua pro tempore servientibus, & residentibus, alijsque dictæ curiæ curialibus, Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, ac alia Sacramenta, etiam in festo Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, absque alicuius licentia ministrare, seu ministrari facere. Necnon idem Capellanos maior, te, & omnes curiales, & quoscumque alios curiam sequentes tuam, ab omnibus, & singulis delictis, excesibus, & criminibus, etiam casibus Episcopalibus, iniunctis iniungendis absolvere, & interdicti tempore Ecclesiasticæ sepulturæ tradere. Quodque pro se, & alijs Capellanis prædictis in quacumque Ecclesia, etiam Ordinum Fratrum Minorum, ad quam te pro tempore declinare contigerit, dummodo in ea ipsi Capellani, & Cantores divina Officia celebrent, & cantent, oblationes, etiam si de manu tua, tuorumque filiorum, seu filiarum procedant, provt in dicta Regia Capella recipere. Necnon quæcumque matrimonia, quæ in præsentia tua contrahentur, solemnicare. Ac prædictus Capellanus maior, in Episcopali dignitate, constitutus tantum, omnibus, & singulis inter essentibus Missarum solemnijs, & verbi Dei prædicationi in tua præsentia, verè pœnitentibus, & confessis, ducentos dies de iniunctis eis pœnitentijs misericorditer in Domino, in forma Ecclesiæ consueta relaxare; vtque omnium, & singulorum Christifidelium in curia tua, vbicumque residebis, continuè, vel ad tempus pro tempore commorantium, per se, vel alium, seu alios per eum ad id deputandos à suo (si curiales non fuerint) Ordinario approbatus, confesiones audire, eosque à

pec-

peccatis absolvere; iniunctis ijsdem pro commissis pœnitentia salutari, & iniungendis alijs. Necnon tàm ipse, quàm ab eo deputatus Presbyter Sæcularis, vel cuiusvis Ordinis de suorum superiorum licentia Regularis, pariter à suo (si non fuerit curialis) Ordinario approbatus, omnium, & singulorum in Hospitali tuæ curiæ existentium confessiones similiter audire, eisque Sacramenta Ecclesiastica ministrare, & mortis articulo, omnium peccatorum suorum absolutionem iniunctis, pariter iniungendis impendere. Ac Parochialem Ecclesiam viciniorem Palatio, vbi te pro tempore morari contigerit, & si fuerint duæ Parochiales Ecclesiæ, æque vicinæ dicto Palatio, alteram quam maluerit eligere, in eaque, tàm Capellanus maior, quàm persona ab eo ad animarum Curam deputata libere ingredi, & ex inde Sacramenta prædicta accipere, & sibi subditis ministrare, ac ad infirmos tuæ curiæ deferre, & monitiones matrimoniales suorum subditorum, iuxta decreta dicti Concilij publicari facere eosque matrimonio, sine tamen præiudicio iurium Parochi coniungere. Præterea, si eidem Capellano maiori videbitur considerata decentia, & necessitate, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, & Extremævnctionis, in Capella Regia, vt ad infirmos, & infirmas in dicto Palatio existentes, commodiùs deferatur, & multis in commodis, quæ aliàs nasci possent, obvietur, reponere libere, & licitè, & absque vllo conscientiæ scrupulo, aut censurarum Ecclesiasticarum in curso valeat, licentiam, & facultatem auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Ad hæc, vt quicumque locorum Diœcesani, & alij Ordinarij iudices in maiorem, & Capellanos, Cantores, & Scholares prædictos actu inservientes, & consueta stipendia percipientes, quos ab illis prorsus, & omninò eximimus, & totaliter liberamus, & quoad maiorem Sedi Apostolicæ immediatè, quoad alios verò Capellanos, Cantores, & Scholares huiusmodi dicto Capellano maiori subesse decernimus, nullam pœnitus superioritatem, dominium, & iurisdictionem exercere, nec se de illis quomodolibet intromittere valeant, sed prædicti Capellani, Cantores, & Scholares, coram ipso Capellano maiori, seu legatis, aut delegatis dictæ Sedis, dumtaxat teneantur de iustitia respondere. Insuper, vt Capellani, Cantores, & Scholares servientes prædicti, à quocumque maluerint Catholico Antistite, gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habente, Ordinis sacros, statutis ad id à iure tempo-

ribus,

ribus, succesſivè accipere; dictique Capellani, etiam Religioſi Miſſas, horas Canonicas, & Divina Officia, etiam te abſente, iuxta tamen ritum Romanæ Curiæ, & in dicta Capella tantum; tàm alij Capellani, quàm Cantores, & Scholares dicere, recitare, & canere, eaſdemque horas Canonicas ex cauſa tamen, & infra diei terminum, ac privatim non autem in ipſa Capella anticipare, & poſtponere, ac in feſto Sanctiſsimi Corporis Chriſti, & per eius Octavam Sanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum in eadem Capella, cum debitis honoribus, & reverentia tenere; ac in quinta, & ſexta maioris hebdomadæ ferijs, idem Sanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum in dicta Capella in Sacrario, ſivè vrna reponere, & ad morem patriæ monumentum, ſeu tumulum nuncupatum, cum luminaribus facere, & tenere; necnon coram te Miſſas, etiam antequam eluceſcat dies, circa tamen diurnam lucem, ac per vnam horam poſt meridiem celebrare. Quodque perſona, loco Archiepiſcopi Compoſtellani Capellani maioris, vt infra deputanda, necnon trigintæ ex Capellanis præfatis, non tamen Præbendas Theologales, & Pœnitentiales obtinentes, fructus, redditus, & proventus quorumcunque beneficiorum ſuorum Eccleſiaſticorum, etiamſi Canonicatus, & Præbendæ, Dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia fuerint, cum ea integritate (diſtributionibus quotidianis exceptis) percipere poſsint: cum qua illos perciperent, ſi in eiſdem Eccleſijs perſonaliter reſiderent, nec ad reſidendum interim in eiſdem teneantur, auctoritate, & tenore ſimilibus etiam concedimus. Inſuper, vt Chriſtifideles curiales tui, de licentia ipſus Capellani maioris dumtaxat, quemcunque idoneum Presbyterum ſæcularem, vel cuiuſvis Ordinis Regularem approbatum ab Ordinario, ſi Curialis non fuerit, in ſuum poſsint eligere Confeſſorem, qui eorum confeſsionibus diligenter auditis, eos à peccatis abſolvere, & pro commiſsis pœnitentiam ſalutarem, & alia iniungenda iniungere, & Sacramenta prædicta, etiam in die feſto Reſurrectionis Dominicæ miniſtrare poſsit. Vtque Capellani, Cantores, & aliæ Eccleſiaſticæ perſonæ deputandæ, ad informationes faciendas ſuper puritate ſanguinis admittendorum in Capellam huiuſmodi, teſtes per cenſuras Eccleſiaſticas compellere poſsint, iuxta ſacrorum Canonum diſpoſitionem, auctoritate, & tenore prædictis pariter indulgemus. Atque hæc omnia, & ſingula, moderno, & pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Compoſtellano, tanquam dictæ Capellæ Capellano maiori, quamdiù, & quoties in dicta

Curia

Curia personaliter resederit, & eo ab eadem curia absente, seu in illa non residente, personæ in Presbyteratus ordine constitutæ per te, toties quoties tibi visum fuerint nominandæ, & per suum Ordinarium approbandæ quam Nos exnunc, prout extunc, post quàm parte nominata, & à suo Ordinario approbata fuerit, deputamus, & approbamus, quæ durante absentia dicti Archiepiscopi à curia prædicta, in quibusvis civitatibus, oppidis, & locis, in quibus te tuamque curiam Regiam tempore residere contigerit, omniaque, & singula alia, quæ Archiepiscopi, & Episcopi, & alij locorum Ordinarij in Diœcesibus suis de iure, vel consuetudine, vel aliàs quomodolibet facere, & exercere consueverunt, citra tamen exercitium Pontificalium, & ordinum, ac beneficiorum collationem, exercere liberè, & licitè; quodque omnibus, & singulis gratijs, favoribus, præeminentijs, & indultis, quibus dictus Archiepiscopus dum in tua curia residet, ratione dicti officij Capellani maioris gaudet, fruitur, & vtitur, ac gaudere, vti, & frui, quomodolibet potest, gaudere, vti, frui possit, & valeat pariformiter, & æquè principaliter; ac tibi personam huiusmodi nominandi, & eligendi, plenam, & omnimodam facultatem Apostolica authoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Præsentes quoque literras de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel invalidari nullatenus posse, sed illas validas, & efficaces existere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere: sicque, & non aliter per quoscumque iudices quavis authoritate fungentes, etiam Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. Ecclesiæ Cardinales sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi, & interprætandi facultate, & authoritate, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Quo circa Venerabilibus Fratribus Segobien. & Abulens. Episcopis, ac dilecto filio nostro, & Sedis Apostolicæ in Regnis Hispaniarum commoranti Nuntio, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum, per se, vel alium, seu alios, quoties pro parte Maiestatis tuæ, seu alicuius ex Capellanis, vel Cantoribus, & Scholaribus prædictis fuerint requisiti, solemniter publicantes, tibique, & illis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant authoritate nostra Maiestatem tuam, ac Capellanos, vel Cantores, & Scholares

præ-

prædictos, præmissorum omnium, & singulorum effectu pacificè frui, & gaudere; non permittentes Maiestatem tuam, aut illos desuper, à quoquam quomodolibet indebite molestari; contradictores quoslibet, & rebelles, per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti, remedia appellatione postposita compescendo: invocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachij sæcularis, non obstante fœlicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, qua cavetur ne quis extra suam Civitatem, vel Diœcesim, nisi in certis causis, & certis casibus, & in illis vltra vnam dietam, à fine suæ Diœcesis ad iudicium evocetur, & de duabus dietis in Concilio generali editis, dummodo vltra tres dietas aliquis authoritate præsentium ad iudicium non trahatur; ac alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis per quoscumque Romanos Pontifices, etiam prædecessores nostros, ac Nos, & dictam Sedem, etiam per viam generalis legis, ac statuti perpetui, ac motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam cum quibusvis irritantibus, annullativis, cessativis, revocativis, præservativis, exceptivis, restitutivis, declarativis, mentis attestativis, ac derogatoriarum derogatorijs, alijsquè efficacioribus, & insolitis clausulis, quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque toties tenoribus specialis, & individua, ac de verbo ad verbum; non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expræssio habenda, aut exquisita forma servanda foret, & in eis caveatur expræssè, quod illis nullatenus, derogari possit illorum, ac omnium, & singularum litterarum prædictarum, tenore præsentibus pro sufficienter expræssis, ac ad verbum insertis, necnon modos, & formas ad id servandas, pro individuo servatis habentes, ac vice dumtaxat, illis aliàs in suo robore per mansuris, harum seriè specialiter, & expræssè derogamus contrarijs quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium litterarum transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, vbique in iudicio, & extra illud,

quæ

quæ pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub annulio Piſcatoris, die nona Maij M.DC.XXIII. Pontificatus noſtri anno tertio. S. Cardinalis Sanctæ Suſanæ.

Iluſtriſsimo Señor. El Licenciado Don Iuan de Morales Barnuevo, Cavallero de la Orden de Alcantara, Fiſcal de ſu Mageſtad en ſu Real Conſejo: Digo, que à inſtancia de ſu Mageſtad la Santidad de Gregorio XV. por ſus Bulas, deſpachadas en nueve de Mayo de mil y ſeiſciẽtos y veinte y tres años, que originalmente eſtàn preſentadas ante V. Iluſtriſsima por el Fiſcal de la Real Capilla, y yo, en caſo neceſſario las reproduzgo, y preſento de nuevo con la ſolemnidad neceſſaria, concediò al ſeñor Arçobiſpo de Santiago, como Capellan Mayor de ſu Mageſtad, y en ſu auſencia à la perſona por ſu Mageſtad diputada, como lo es oy el ſeñor Patriarca de las Indias, la omnimoda juriſdiccion Ordinaria Ecleſiaſtica en todas las perſonas que ſiguieſſen la Corte de ſu Mageſtad, exceptuando tan ſolamente el exercicio de los actos Pontificales, celebracion de Ordenes, y colacion de Beneficios; y en quanto à los Capellanes, Muſicos, y Miniſtros de ſu Real Capilla, y Caſas Reales, le diò la dicha juriſdiccion omnimoda, abſoluta, y privativa, eximiendolos en todo de la juriſdiccion de ſus Dioceſanos. Y ſiendo eſto aſsi ha llegado à mi noticia, que contraviniendo à lo diſpueſto por las dichas Bulas el Ordinario de eſte Arçobiſpado, y en particular el Vicario de eſta Villa, y ſus Tenientes, ſe han entrometido, y entrometen en muchas coſas, en que la juriſdiccion dada al dicho Capellan Mayor por las dichas Bulas ſe ha pretendido entrometer, è impedir al dicho Capellan Mayor que no vſen de ella; y que ſobre ello ſe hã introducido algunos pleitos ante V. Iluſtriſsima, entre el Fiſcal del dicho Vicario, y el de la dicha Real Capilla, ſo color de no averſe pueſto en execucion las dichas Bulas de ſu Santidad; de lo qual no ha tenido ſu Mageſtad noticia haſta aora, que por decreto particular ſuyo me ha mandado ſalga à la defenſa de la juriſdicion que por las dichas Bulas ſe le dà al dicho Capellan Mayor, y que haga inſtancia ſe lleven à ſu devida execucion, pues ningũ tranſito de tiempo, y mucho menos el de tan pocos años como ha le pidierõ las dichas Bulas, no puede perjudicar à ſu Mageſtad, que es el principal intereſſado, à cuya inſtancia, y en cuyo favor ſe pidieron; ni averſe preſcripto en derecho de poder executarla

en

en todo, y por todo, como en ella se contiene; ni la omision del dicho Capellan mayor, ò de las demàs personas por su Magestad nombradas para el exercicio de la dicha jurisdicion, si no lo huvieren exercido en todo lo que por las dichas Bulas se concede, no puede perjudicar à su Magestad; demàs de que conforme à derecho contra qualquier auto, ù omision de que se le aya podido seguir perjuizio, le compete restitucion iure minoris; la qual en caso necessario pide, y juro que no es de malicia. Por tanto, atento que la execucion de dichas Bulas viene cometida à V. Ilustrisima: pido, y suplico à V. Ilustrisima las mande llevar à su devida execucion, mandando que en virtud dellas se despachen los mandamientos necessarios contra el Ordinario de este Arçobispado, y su Vicario desta Villa, y sus Tenientes, y contra otras qualesquier personas à quien tocare, para que guarden, y cumplan lo que por las dichas Bulas se manda, y no vayan contra ellas en manera alguna, ni impidan al dicho Capellan mayor, ò personas en su lugar nombradas por su Magestad, el vso, y exercicio de la jurisdicion omnimoda, que por las dichas Bulas le concede, y poniendoles sobre ello las censuras, y penas necessarias; pues es justicia la que pido, y para ello, &c. Y juro lo necessario. Licenciado Don Iuan Morales Barnuevo.

Y assi presentada, y por Nos vista, mandamos dar, y dimos las presentes, por las quales, y la autoridad Apostolica à Nos concedida, de que en esta parte vsamos: Mandamos, en quanto al dicho Dean, y Cabildo, so pena de entredicho del ingresso de su Iglesia, y Mesa Capitular, y de mil ducados aplicados para gastos à la Reverenda Camara Apostolica; y en quanto à cada vno de por si, quedando seis de los mas antiguos para el servicio del culto Divino; y à los demàs contenidos en la cabeça de estas nuestras Letras, so pena de excomunion mayor Apostolica, y de quinientos ducados, aplicados, segun de suso, que siendoles notificadas las presentes, vean el Breve de suso inserto, y le guarden, y cumplan, segun su tenor, y forma, en todo, y por todo, como en èl se contiene, sin ir, ni venir contra èl en manera alguna; y sin perjuizio de la via executiva, dentro de quinze dias primeros siguientes à la notificacion de las presentes, vengan, y parezcan ante Nos à dezir, y alegar contra el dicho Breve lo que à su justicia convenga; que si parecieren seràn oìdos, y su justicia guardada, en quanto la tuvieren; y no pareciendo, passado el dicho ter-

mino

mino procederèmos adelante à todo lo que huviere lugar de derecho, sin les mas citar, ni llamar, que por las presentes los citamos, y llamamos, con señalamientos de Estrados en forma. Otrosi, mandamos à qualquiera Notario, ò Escrivano para ello requerido, so pena de excomunion mayor Apostolica, notifique las presentes, y dello dè fee, sin las detener. Dadas en Madrid à veinte y cinco de Febrero de mil y seiscientos y quarenta y cinco años. And. Mangellus, Auditor. Por mandado de su Señoria Ilustrisima. Christoval Mançano, Notario S.º

Concuerda con su original, que queda en la Secretaria de Camara del Ilustrisimo señor D. Antonio de Benauides y Bazan, Patriarca de las Indias, Arçobispo de Tiro, Capellan, y Limosnero mayor de su Magestad, Comissario General Apostolico de la Santa Cruzada, à que me remito; y và cierto, y verdadero, de que doy fee: en cuyo testimonio yo Pedro de Galvez, Notario Apostolico, y mayor de la Real Capilla, y del Numero del Tribunal de la Nunciatura de España, doy el presente en Madrid à diez de Septiembre de mil seiscientos y ochenta y ocho años, y lo signè, y firmè.

